Noverint universi quod nos [Bea]tris dei gracia abbatissa et conventus monasterii sancti Danielis Gerunde scilicet nos Elisendis Alguera priorissa [illegible] Eugenia
camerar[ia] Ermessendis de Villamarino sacristana Marchesia de Villarrufo infirmaria Alamanda de Sarriano Ermessendis de Ortallo Sancia de Puteo [illegible] Alamanda de Bla-
nis Berengaria de Miniana Agnes de Matha Guillelma de Palaciolo Agnes de Teilea Ermessendis de Teilea Marchesia de sancto Saturnino Elisendis Aliona Be-
ralda de Juyano Geralda de Loreto Sibilia de Villamarino Sibilia de Blanis et Geralda de Blanis monache dicti monasterii conventum facientes et per conventu in capitulo ipsius mo-
nasterii ad sonum campane ut moris est congregate. Attendentes quod dictum monasterium habet ante domos monasterii versus meridiem quandam tenedonem terre
vocatam Teileam que non laboratur vel excolitur et de qua nichil comoditatis accrescit dicto monasterio, Que quidem tenedo terre affrontat ab oriente in honore [illegible]
et Petri Alaris civis Gerunde mediante torrente. a meridie in viaria de Gallicantu Gerunde. ab occidente in via publica per quam itur ad monasterium predictum. a circio
in camino publico per quod itur ad Gallicantum [illegible]. Habet etiam dictum monasterium quandam tenedonem orte in orta civitatis Gerunde vocata de Metallo. Que quidem
tenedo orte affrontat ab oriente in honore [illegible] Banaula sabbaterii. a meridie in honore Raymundi Vengut mediante quodam camino inde transeunti. ab occidente
in honore Jacobi Jonchera carnicerii Gerunde. a circio in recho comitali. Quamquidem tenedonem orte tenet ad suam manum dictum monasterium. Et quia non proveniret
magna utilitas dicto monasterio immo proveniret inde maior utilitas dicto monasterio si aliis personis stabiliretur pro eo quia proveniret inde [illegible] et census dicto mo-
nasterio et etiam habebitur inde pro exsolvendis dicti monasterii debitis et honeribus. Ideo pensata et attenta tam per ea que dicta sunt quam alia utilitate dicti monasterii. Ex cer-
ta sciencia volumus annuimus et concedimus quod dicta tenedo terre que Teilea esse consuevit et dicta tenedo orte diversis tenedoribus stabiliatur. Ac nos dictus conventus plenam licen-
ciam et potestatem impartimur vobis dicte domine abbatisse et successoribus vestris in dicto monasterio quod vos vel procurator vester possitis libere et absque omni obstaculo
et contradiccione stabilire diversis tenedoribus et pro illis intratis et sub illis annuis censibus quibus vobis seu procuratori vestro videbitur stabilire et dare ad
perpetuam emphiteosim sive acapitum sub illis condicionibus et formis quibus vobis videbitur et ipsas intratas et precii quantitates recipiatis et facere possitis
inde apochas de receptis. Et possitis illos qui ex acapito receperint in predictis in possessionem inde inducere et eis per evictionem et [illegible] que eis stabili-
tis bona dicti monasterii obligare et instrumentum et instrumenta stabilimenti et acapiti fieri facere et firmare cum omnibus censibus promissionibus clausulis et obligacioni-
bus necessariis juxta notarie oportunis. Et alia omnia et singula facere que [illegible] et in predictis fuerint et inveniunt facienda in modo quolibet oportuna. Et quia de
censibus provenientibus ex dicta tenedone terre vocata Teilea et ex dicta tenedone orte debent fieri et prestari capellano dicti monasterii [illegible] bracinum. Ideo
nos dicta abbatissa et dictus conventus pensata et previsa pluribus utilitate dicti monasterii. Ex certa sciencia volumus et concedimus quod decetero non prestetur ipsum bra-
cinum dicto capellano vel suis successoribus in dicta capellania. Set loco et in recompensacionem eius prestentur et prestari habeant sibi et suis successoribus
in dicta capellania per nos dictam abbatissam et successores nostras in dicta abbatia. Tresdecim solidi barchinonenses de terno in festo sancti Petri apostoli annuatim. Quia sic
actum est et conventum inter nos ex una parte et Petrum de Miyars capellanum dicti monasterii sancti Danielis, previsa etiam utilitate dicte capellanie ex altera. Igitur pro no-
bis et nostras successores in dicto monasterio nos dicta abbatissa et dictus conventus promittimus predicta omnia rata grata et firma semper habere attendere et complere
et non contravenire aliqua racione jure vel causa. Et pro dictis tresdecim solidis annualibus loco et in recompensacione dicti bracini dicto capellano persolvendis
obligamus ipsi capellano et suis successoribus in perpetuo omnia bona dicti monasterii ubique habita et habenda. Et ego Petrus de Miyars capellanus dicti monasterii attendens
quod in premissa reduccione facta de dicto bracinio ad dictos tresdecim solidos barchinonenses de terno censuales fuit procurata et facta utilitas dicte capellanie pro eo quia dictus census erit
certus in perpetuo annualis et non deffficiet et dictum bracinum semper et quasi continue deffficiebat et deffecit et quod in predictis est utilitas dicte capellanie procurata. Ideo
gratis et ex certa sciencia predicte reduccioni consencio et [illegible] et remitto pro me et successoribus meis in dicta capellania dicto monasterio et domine abbatisse eiusdem pro
dicto bracinio. Sic tamen quod loco et in recompensacionem eius recipiamus ego et mei successores in dicta capellania dictos tresdecim solidos barchinonenses de terno an-
nuatim. Promittens vobis dicte domine abbatisse et successoribus vestris in dicto monasterio quod ego et mei successores in dicta capellania predictam reduccionem et omnia alia et sin-
gula supradicta rata grata et firma semper habebimus et non contraveniemus aliqua racione sub bonorum dicte capellanie omnium ubique obligacione. Quod fuit ac-
tum et a dictis domina abbatissa et conventu dicti monasterii firmatum et laudatum in capitulo dicti monasterii in quo ipsa domina abbatissa et conventus dicti monasterii erant ut pre-
dicitur congregate die sabbati intitulata idus marcii anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo hora circa pulsacionem completorii ecclesie sedis Gerunde. presen-
tibus testibus venerabili Raymundo Alberti presbitero de capitulo ecclesie sedis Gerunde. et Bernardo olim clerico dicti monasterii sancti Danielis Gerunde. Et a dicto capellano
fuit firmatum et laudatum quarto kalendas octobris anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio presentibus testibus Bernardo Marcial et Paulo Montanini como-
rantibus Gerunde.

Sig+num Raymundi de Bruguera notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano publico Gerunde notario qui premissis omnibus interfui et hec scri-
bi vocatus et requisitus scribi feci et clausi cum raso et emendato in [illegible] linea ubi dicitur tenedoribus stabiliatur et in [illegible] in
honore.

15-3-1343 nº 771

T. 573 x 403

N. 6

Llicencia concedida lo Monastir de S. Daniel a la Sra. Abadessa per establir un tros de terra anomenat la Trilla que està frente las casas del Monastir y a la part de mitgdia de ellas, y altre tros de terra hort situat en las hortas de Gerona en la paratge anomenat Mercadal.

Parrª de S. Daniel; y Mercadal de Gerona.

(807)